S ine epulae a clientibus ſi qd ẽ placeat quod illic congeſtum ſiet
E diſ ne an incenatuſ cum opulento accumbeſ . Leſ edam
N iſi ſi ille uetet . Sta at pol ego ẽt ſi uetet edam atq; ambabus
M alis expletis uorem : & quod illi placeat preripiam potiſſimũ
N eque illi concedam quicq̃ de uita mea uerecundari neminem
A pud menſam decet . nam ibi de diuiniſ atq; humaniſ cernitur
Phi R em fabulare . Sta non tibi dicam dolo decedam ego illi
D e uia de ſemita de honore populi : uerum quod ad uentrem attinet
N on hercle hoc longe niſi me pugniſ uicerit cena hac ãnona eſt
S ine ſacriſ hereditaſ Phi ſemper tu hoc facito Leſbonice cogiteſ
I d optimum eſſe tute ut ſis optimus . ſi id nequius . at ſaltem ut
O ptimo ſiſ proximus : nunc conditionem hanc quam ego fero
E t quam abſte peto dare atq; accipere Leſbonice te uolo . dei
D iuiteſ ſunt . deos decet opulentia & factiones . uerum nos homunculi
T antillum anime q̧ cum extemplo emiſimuſ eque mendicuſ
A tque ille opulentiſſimus cenſetur ad acherontem mortuuſ
Sta M irum ni tu illuc tecum diuitiaſ feraſ ubi mortuus ſis
I ta ſis ut nomen cluet . Phi nunc tu ſciaſ hic factioneſ atq; opeſ
N on eſſe : neq; noſ tuam neglegere gratiam ſine dote poſco tuam
S ororem filio : que reſ bene uortat . habeon pactam quid taceſ
Sta P roh dij ĩmortaleſ conditionem cuiuſmodi . Phi quin fabulare
D i bene uortãt ſpondeo . Sta eheu ubi uſus nihil erat dicto ſpondeo
D icebat nunc hic quoniam opuſ eſt nõ quit dicere
Le C um affinitate ũrã me arbitramini dignum hẽo uobiſ
P hilto magnam gratiam . ſʒ & ſi hercle reſ grauiter cecidit ſtultitia mea
P hilto eſt ager ſub urbe hic nobiſ eum dabo dotem ſorori .
N am iſ de ſtultitia mea ſolus ſuperſit preter uitam reliquus
Phi P rofecto dotem nihil moror . Leſ certum ẽ dare
Sta N oſtram ne duciſ nutricem here q̃ nos educat abalienare
A nobiſ caue ſiſ feeriſ quid edemus noſ met poſtea . Leſ ẽt tu taceſ
T ibi ego rõnem reddam . Sta plane perimus niſi quid ego
C õminiſcor philto te uolo . Phi ſi quid uis ſtaſime . Sta huc
C oncede aliq̃tum . Phi licet . Sta archano ẽ ego hoc
D ico ne ille ex te ſciat : ne ue alius quiſq̃ . Phi crede
A udacter quid libet . Sta per deoſ atq; homineſ dico ne tu
I llum agrum tuum ſinaſ unq̃ fieri neq; gnati tui

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. f.%20245r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/f.%20245r)